

# Votive Mass of the Holy Cross

## (outside Lent and Eastertide)

*Red*

INTROIT: *Gal. 6:14*

Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita et resurrectio nostra : per quem salvati et liberati sumus. *Ps. 66:2:* Deus misereatur nostri, et benedicat nobis : illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. *¶ Gloria.*

*But it behoves us to glory in the cross of our Lord Jesus Christ : in whom is our salvation, life, and resurrection : by whom we are saved and delivered. Ps. 66:2: May God have mercy on us, and bless us : may he cause the light of his countenance to shine upon us, and may he have mercy on us. ¶ Glory.*

COLLECT

Deus, qui unigeniti Filii tui pretioso sanguine vivificæ Crucis vexillum sanctificare voluisti : concede, quæsumus, eos, qui ejusdem sanctæ crucis gaudent honore, tua quoque ubique protectione gaudere. Per eundem Dominum.

*O God, who didst vouchsafe to sanctify the standard of the life-giving cross by the precious blood of thy only-begotten Son; grant, we beseech thee, that those who rejoice in the honour of the same holy cross may also rejoice everywhere in thy protection. Through the same Lord.*

EPISTLE: *Phil. 2:8-11*

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philippienses.

Fratres : Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen : (*hic genuflectitur*) ut in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

*A lesson from the Epistle of St Paul the Apostle to the Philippians.*

*Brethren: Christ became for us obedient unto death, even the death of the cross. Wherefore God also hath exalted him, and hath given him a name, which is above every name : (here all kneel), that in the name of Jesus every knee should bow, of those that are in heaven, on earth, and under the earth; and that every tongue should confess that the Lord Jesus Christ is in the glory of God the Father.*

GRADUAL: *Phil. 2:8-9*

Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem : mortem autem crucis. *¶* Propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

*Christ became obedient for us unto death : even the death of the cross. ¶ Wherefore God also hath exalted him, and hath given him a name which is above every name.*

ALLELUIA

Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondra : quæ sola fuisti digna sustinere regem cælorum et Dominum.

*Sweet wood, sweet nails, bearing a sweet weight : which alone wert worthy to bear the King of heaven, and the Lord.*

## GOSPEL: Mt. 20:17-19

Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

In illo tempore : Assumpsit Jesus duodecim discipulos secreto, et ait illis : Ecce, ascendimus Jerosolymam, et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis, et condemnabunt eum morte; et tradent eum gentibus ad illudendum, et flagellandum, et crucifigendum, et tertia die resurget.

*Continuation of the holy Gospel according to St Matthew.*

*At that time: Jesus took the twelve disciples apart and said to them: Behold, we go up to Jerusalem, and the Son of man shall be betrayed to the chief priests and the scribes, and they shall condemn him to death. And shall deliver him to the gentiles to be mocked and scourged and crucified, and the third day he shall rise again.*

## OFFERTORY

Protege, Domine, plebem tuam per signum sanctæ crucis ab insidiis inimicorum omnium : \*ut tibi gratam exhibeamus servitutem, et acceptabile fiat sacrificium nostrum. ¶ Te, sancta Dei crux, humiliter obsecramus, ut tua virtute nostrum pectus munias, animas custodias, cogitationes sanctifices per Christum Jesum, qui peperdidit in te. ¶ Qui pro mundi salute in ligno crucis innocens peperdisti, miserere populo, quem redemisti : ut sacro signaculo insignitus a periculis omnibus sit securus. ¶ Salvator mundi, salva nos omnes et omnia, quæ adjuvant, benignus nobis impende : et cuncta nocentia a nobis procul repelle : atque protegendum nos dexteram tuæ majestatis extende. \*Ut tibi.

*Protect thy people, O Lord, by the sign of the holy cross, from the wiles of all their enemies : \*that we may render a service pleasing unto thee, and that our sacrifice may be acceptable in thy sight.. ¶ Humbly we beg thee, holy cross of God, that through thy power thou mightest strengthen our hearts, guard our souls, hallow our thoughts through Christ Jesu, who hung from thee. ¶ Thou, who wert innocent hanging on the cross for the salvation of the world, have mercy on the people whom thou hast redeemed : that it, signed with the holy sign, may be save from all perils. ¶ Saviour of the world, save all of us and graciously grant us whatever helps us : and remove far from us everything harmful : and stretch out the right hand of thy majesty to protect us. \*That we.*

## SECRET

Hæc oblatio, Domine, quæsumus, ab omnibus nos purget offensis : quæ in ara crucis etiam totius mundi tulit offensam. Per eundem Dominum.

*May this oblation, we beseech thee, O Lord, cleanse us from all sins : even as on the altar of the cross it took away the sins of the whole world. Through the same Lord.*

## PREFACE

### *Of the Holy Cross*

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis constitueristi : ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret : et qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur : per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant.

*It is truly meet and just, right and salutary, that we should always, and in all places, give thanks to thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God. Who didst set the salvation of mankind upon the tree of the cross, so that whence came death, thence also life might rise again : and he that overcame by the tree, on the tree also might be overcome. Through Christ our Lord : through whom the Angels praise thy majesty, the Dominions adore, the Powers tremble. The Heavens, and the Virtues of the heavens, and the blessed Seraphim, do celebrate with united joy.*

Cum quibus et nostras voces, ut admitti jubeas,  
deprecamur, supplici confessione dicentes :

*In union with whom, we beseech thee, that thou wouldst command our voices also to be admitted, with suppliant confession, saying:*

#### COMMUNION

Per signum crucis de inimicis nostris libera nos,  
Deus noster.

*By the sign of the cross deliver us from our enemies,  
O thou who art our God.*

#### POST-COMMUNION

Adesto nobis, Domine Deus noster : et quos  
sanctæ crucis lætari facis honore, ejus quoque  
perpetuis defende subsidiis. Per Dominum.

*Be nigh unto us, O Lord our God; and defend those  
by the perpetual defence of the cross whom thou  
makest to rejoice in its honour. Through our Lord.*